

DIALOGI SEX

SVMMI PONTIFICATVS,
MONASTICAE VITAE, SANCTORVM,
SACRARVM IMAGINVM OPPVGNA-
TORES, ET PSEUDOMARTYRES:

In quibus præterquam quod nonnulla, quæ alij haec tenus vel atti-
gerunt leuiter, vel penitus omiserunt, paullò vberius & plenius
explicatur; Centurionum etiā Magdeburgensiū, auctorum Apo-
logia Anglicana, Pseudomartyrologorum nostri temporis, ma-
xime vero Ioannis Foxi, & aliorum, qui adulterino Euangelio
narrant, varie fraudes, putidae calumniae, & insignia in-
victus ecclœsa contrariandis mendacia deteguntur :

Unicopiam ad Dcū Opini Maximi gloriam, & Catholicę religio-
sus coetum p̄ficiens, A.D. ANNO C O P O A N G L O editi.

*Contra malitias, quæ in Ecclesiæ, dicitur cœpiisse, tertie
Editio probarum.*

PSALMUS XXVII.

Vnde petiit a Dominō hoc requiram, ut inhabitem in loco Domini
procedens diebus vita mea, vivacem voluntatem Do-
minū, quæ non habet finem, & quæ non perdimens.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,

M. D. LXVI.

CVM PRIVILEGIO.



16188

A V C T O R I S P RÆFATI O

A D L E C T O R E M.

Admiraberis forsan, optime lector, ad primum horum Dialogorum aspectum, cur ego iam tandem post tot illustrium nostri temporis virorum in hoc genere scripta, quorum summa fuit doctrina, diligentia tanta, ut nihil ad eam addi posse videatur, eloquentia in quibusdam non mediocris, & virtus etiam magna dignitas: hunc mihi superuacaneum, ut existimari potest, labore contra Ecclesiae Catholicæ hostes, maxime vero Sanctorum & Imaginum oppugnatores, idque tam copiosa oratione scribendi imposuerim. Quiam ego te admirationem, post facta mei caussam redditam, & ipsorum dialogorum lectionem non modo intermissurum, sed & me utilem, atque adeo necessariam Christi Ecclesie operam posuisse iudicaturum pro tua æquitate credido. Nemo ferè nunc est rerum tam ignarus, ut nesciat hoc in more positum esse, institutoque omniū hodie Euangelicorum, ut, dum Catholicā doctrinā subuertere conantur, in duobus potissimum omnē suum labore, partim in Sacrae Scripturae & patrum testimoniis, partim in exemplis & historiis deputuandis consumant. At quoniam Sacre Scripturæ non in legendo, sed intelligendo consistunt, verum earum sensum, quem isti ex se & suo ingenio, aut peruerso potius ad prava dogmata mordicus retinenda studio metiuntur, Catholici ex Ecclesie & patrum inueterata & consciente auctoritate egregie vindicarunt; cumque exemplis & historiis ex scripturis & probatis veterum monumentis desumitis, velut ille lustrī quadam accessione, confirmarunt. A rebus enim sacris & Theologia diuelli historia non potest, sine qua infans planus est Theologus: ut & hic dici possit, quod olim de naui respondit Iureconsultus: *Si disidas, perdes.* Quare nos multo rectius Theologo, quam eam olim suo oratori Cicero, attribuemus. Et, si verum dicere velimus, quid aliud ferè tota scriptura est, quam perpetua quedam historia? ut prudenter quidem nostri fecerint, qui ad controversorum hodie dogmatum explicationem historias quoque abhibuerint. Quod cum Euangeli viderent, & illud præterea, huiusmodi exempla ad persuasionem, excitandoque ingenuorum hominum animos magnam vim habere, quasi viuam quandam Scripturæ interpretationem; ad huiusmodi se historias, quæ Catholicam veritatem valde illustrant, peruellendas, atque sinistra & maligna quadam depravatione contaminandas magno studio cotulerunt. Et hic quidem Magdeburgenses,

*Historiarum co-
gnitio Tholo-
go non modo vita
in, sed ciāne.
coffaria.*

DIALOGVS PRIMVS

CONTRA ECCLESIASTICÆ DE VITIS
SANCTORVM HISTORIÆ, SVMMI PON-
TIFICATVS, ET SACRI CAELIBATVS OP-
PVGNATORES.

PERSONÆ,

IRENÆVS Anglus: CRITOBLVS Germanus.

Summa & ordo eorum, de quibus in hisce Dialogis differit.

C A P. I.

IRENÆVS.



V ID illud est, mi Critobule, quod te tanta cum voluptate legentem video, ut intimam animi alacritatē indicet, & cloquatur exterior vultus tui habitus, non paullo quam esse plerunque solet, hilarior atque incundior. Videri certe alicui poteris cælesti aliquo numinis afflatu repente concitatus; prout affici solent subinde pīx mentes sacrorum operum lectione, veluti facibus quibusdam in amorem diuinum usque eo inflammatæ, ut interior ille animi affectus in ipsum sape corpus redundet. Id quod de S. Stephano produnt sacrae litteræ; *In quem intuentes omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angelī.* Et ego quidem ingentem hanc latitudinem animi tui in oculis, in ore, in fronte elucentem, eodem ex fonte deriuatam illuc existimarem; nisi praescirem huius fluminis riulos exhilarare tantum ciuitatem Dei, nec dimanare solere ad extraneos. Sed quid illud obsecro libri est, in cuius lectionem tam studiose incumbis? An is tibi forte tati gaudij materiam subiicit, ut continere illud non possis, quo minus se in vultum transfundat? CRIT. Reoste tu quidem, Irenæe, diuinasti. hinc

A enim

25.6.

25.45.

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLAN-
TINVS ANTVERPIAE, ANNO MILLE-
SIMO QVINGENTESIMO SEXAGESI-
MO SEXTO.